

CHRISTOPHORI
BESOLDI, JC. ET
ANTECESSORIS
Tubingensis,

DISSERTATIO
Philologica,
DE
ARTE JURE QVE
BELLUM.



ARGENTORATI,

Impensis Heredum LAZARI ZETZNERI.

Anno M. DC. XLII.

DISSE

TATIO PHI-

LOLOGICA.

CAPUT I.

In Pace, de Bello, necessario cogitandum esse.



Eteres Romanos Jureconsultos, privati licet juris, tanquam frequentioris, & magis in usu positi, fuerint studiosiores; de jure tamen publico, haud rarer ter etiam respondisse, in propatulo est: eiusque rei in ff. & C. vestigia, quamplurima reperiuntur, Bernhard. Zieriz *comment. de Princip. prerogat. à princ. Waremund de Erenberg. in medit. profeder.* lib. i. cap. i. num. 48. & seq. ac num. 191. &c. Et ideo ego postuberem multorum messem, spicas hinc indē colligens, in artis & juris quod est de Bello, latissimo campo; id hic lubuit præfari: Me obvia quæque pro Philologica libertate sele-gisse, omni sine studio & irā: ac etiam sine methodo ulla. Nec ad alium spectavi scopum, quām ut mihi, aliisque occasionem præberem, hisce de rebus, quæ nunc Germaniam nostram vexant, differendi. Haud idem præfracte, propositionibus subsequentibus propugnare animus est, sed lubens gratusque cedam ei, qui rationes attulerit probas: modò id fecerit animo æquo. Agam autem, Deo bono juvante, primò de Cura armorum tempore pacis; porrò de jure Belli; & tandem de ipsa belli gestione inspectio necessaria erit. Tractatio verò Armorum tempore pacis, cùm Milites, tūm Arma, tūm loca concernit. At de bello, multorum passim commentaria extant: Aelianī *Tactica*, Vegetij, *de re militari aliquot libri*. Polyeni *Stratagemata*, Machiavelli *de arte belli*. Onofandri, ac item Leonis Imperatoris Basilij Macedonis filij, *de bellico apparatu*. Bernhardinus item de Mendoca, Hilpacnicè, Guill. Bellaius, Gallicè, & Johannes Jacobus à Wollhausen/Leonhard Tronspurger/Æzarus Schwend Germanicè scripsierunt, & quoque Hurault, *des offices d'estat. 3. per tot. eadē de materiâ multa habet*. Maxime item conducere videtur lectio des commentaires de Blaise du Montluc, ac si credimus Montano 2. *des essais c. 34. Julij Cæsaris scriptorum*. Sed tamen ex libris vix disci potest ars militaris. I campi sono scole, gli efferciti discepoli, & l'armi penne: le quali intine nel sangue inimico, scrivano l'istorie in la carne, onde bisogna nirolgere, & notare si fattere cose in la guerra, & non in la Camere &c. Pietro Aretino *epistol. lib. 5. epist. 341. fol. m. 18; b.* Non tam facile est rem præstare, quām tradere præcepta: adeò ut Machiavellus, qui tot & tanta de militari Romanorum disciplinâ disertissimè scripsierat, ne unam quidem cohortem, Urbini Principe hor-

